

Handwritten text on the adjacent page, including a large number '8' and other illegible characters.





1662.

1. Beckmann, Joh. Volk. : De barrataria.
2. Beckmann, Joh. Volk. : Jus comulariorum
3. Bosius, Dr. Andreas : De imperio Turcico
4. Falckner, Johannes Christophorus : De dolo, culpa et  
casu, quatenus in contractibus praesententur
5. Falckner, Johannes Christophorus : De tutelis Aeres  
atque.
6. Falckner, Johannes Christophorus : De contractibus  
realibus.
7. Fiesoleben, Johann Jacob : De forma cruciarum,  
in qua scilicet Cruciarum potentissimum assertus.
8. Richter, Christophorus Philippus : De jure aere  
Carum Hungarum.
9. Richter, Christophorus Philippus : De usu comitor-  
nis in principationibus juris materiis



1662

10. Richter, Christophorus Philippus: Ino de tractibus.
11. Richter, Christophorus Philippus: De sequestratione.
12. Richter, Christophorus Philippus: De senatus consultis.  
Medicina.
13. Richter, Christophorus Philippus: De praescriptio-  
nibus.
14. Richter, Christophorus Philippus: De parte  
iudicii mantentionis tenuitatis in ea servanda.
15. Schneckius, Johannes Theobaldus: De vulneribus.
16. Schuidelius, Johannes: princeps successor.
17. Schroeterus, Ernestus Fidericus: De proseretis.
18. Schroeter, Ernestus Fidericus: De singulari delict.  
Iura iure.
19. Schroeter, Ernestus Fidericus: Lustrinae duae dabo.  
vni iuri d'curum in difficultioribus punctatam



legitimus decisorum.

20 Schroeterus, Inventus Fideiarius + De servitutibus & ca  
libus

21 Schroeterus, Inventus Fideiarius + De Divortio.

23 Schroeterus, Inventus Fideiarius. De jure emphyteutico.



1  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18

[Faint, illegible handwriting on a lined page]





1662, 9  
9  
6.

DISSERTATIO IURIDICA,  
DE

VSV CON-  
DITIONIS IN-PRINCI-  
PALIORIBUS IVRIS  
MATERIIS,

*Quam*  
Ex Permisu Inclutæ Facultatis

Juridicæ in Almâ hâc Salanâ,

PRÆSIDE

*VIRO MAGNIFICO. NOBILISSIMO. AMPLISSIMO,  
CONSULTISSIMO. AC. EXCELLENTISS.*

DN. CHRISTOPHORO  
PHILIPPO *Richter* / ICTO, COM.  
PALAT, CÆS. CONSIL. SAX. DECRET. P.P. FAC.  
JVRID. ORDINARIO. CURIAE PROV. & SCABINAT.  
ASSESSORE. EMINENTISSIMO.

Dn. Præceptore, ac Patrono suo pie devenerando.

*Publicæ ventilationi submittit*

d. Octobr.

JOHANN FRIDERICH GE-  
ORGI, BOHEM,  
*AUTOR.*

---

Litteris Bauhofferianis.

ANNO M DC LXII.





DISEPTATO RUDICA

VSVVON

BAITONNIS PHILIPPO

LABORIS SVRIS

MATHE

EX

JOHANNES

JOHANNES

LIBRIS

ANNO







# THES. I.



Conditionis latam & diffusam materiam tractare hic animus non est. Verum illustriores saltem, easque non omnes (temporis namque angustiâ interclusus accuratiori aliquando labori reliquas reservabo) Juris materias perlustrando, quasi in transitu, usum conditionis inibi occurrentem stri&im notabo. Sufficiat itaque ex-

ordii loco præmisisse conditionis 1. Definitionem: Ejusmodi adjectio (sive expressè, sive tacitè, & vel ab homine, vel lege fiat l. 1. §. 1. d. statul. l. 21. de cond & demonstr.) qua actus, isque vel constitutivus, vel resolutivus. §. 3. J. qui test. tut. da. §. 1. de Attel. tut. junct. §. 2. J. quib. m. t. f. differtur in aliquem futurum eventum seu calum. l. 39. de R. C. l. 10. pr. & §. 1. d. cond. Inst. l. 69. de hered. Instit. §. 4. d. V. O. 2. Divisiones: que varie; Alia facti, alia juris est. l. 21 pr. d. cond. & dem. Alia possibilis. l. 37. 39. de R. C. l. 174. de R. I. Quæque rursus, vel potestativa, l. 60. pr. de cond. & dem. l. 2. eod. l. un. §. 7. C. d. cad. toll. vel casualis. l. 2. de cond. & dem. l. 60. eod. d. l. un. §. 7. vel mixta. l. 4. de Inst. & subst. l. 4. §. 1. de her. Inst.

Definitio

Divisio

Alia impossibilis. l. 3. de cond. & dem. Eaquè vel factio aut natura. §. 11. de inut. stipul. l. 6. fin. de cond. & dem. (cui annumeratur etiam extrema difficultas, arg. l. 63. §. 7. ad Sect. Trebell. l. 4. §. 1. de statul. non obstat l. 2. §. 2. de V. O. vid. Magnif. Dn. Pres. Reg. 4. n. 3. & 8.) vel Jure §. 23. de inut. stipul. l. 20. de cond. & dem. Alia affirmativa; alia negativa. §. 10. de inut. stipul. l. 7. 8. de V. O.

Alia simplex. l. 2. d. C. & D. alia conjuncta. l. 63. pr. d. C & D. alia disjuncta seu alternata. l. 26. pr. eod. l. 78. §. 1. eod. l. 13. §. 2. 3. 4. 5. de reb. dub.





THES. II.

**A**ctus autem, quibus conditio quaedam adjicit potest, sunt vel inter vivos; vel ultimæ voluntatis. Inter illos juxta ordinem Institutionum occurrit: 1. Manumissio seu libertatis datio. Quam sub conditione fieri posse, patet ex l. 1. §. 1. de statut. Quam \* liter manumissi appellantur statu liberi, & antequam conditio existit, reverà sunt servi. l. 1. pr. & §. 1. de statut. Dn. D. Strauch. Dissert. 1. th. 16.

Præter alias notabilis est tacita illa conditio, sub qua interim pendet manumissio, contra L. Æl. Sent. in fraudem creditorum facta. l. 1. §. 1. de statut. Comperto verò, in fraudem reverà esse factam, juxta §. 3. J. quib. ex caus. man. non lic. ipso jure nulla est. pr. I. d. t.

THES. III.

**II.** Modi Patriam potestatem constituendi. Ut 1. Nuptiæ, **Sponsalia.** quas præcedunt sponsalia, quæ hodie ex usu Jur. Canon. rectè distinguuntur: quod alia sint de futuro, alia de presenti. c. pen. de spons. c. 1. d. spons. duor. add. c. nostrates. 3. quest. 5. XXX. Bachov. ad VVe- senbec. d. sponsal.

Quorum illa non tantum purè. d. c. pen. hic. c. 3. d. spons. duorum verum etiam sub conditione contrahi (hinc requiritur consensus tum contrahentium, tum eorum, in quorum potestate sunt. pr. I. d. nupt. l. 7. §. 1. l. 11. l. 12. l. 13. h. t. alioquin etiam hodie pro clandestinis habentur, & semper publicis postponuntur. Carpz. definit. for. p. 4. c. 20. def. 7. 8. & lib. 5. resp. 109. & Ipr. Consistor. lib. 2. def. 35. 38. 39. 40.

Quodsi tamen accesserit concubitus, matrimonio sunt consummanda. Carpzov. Ipr. Consist. lib. 2. d. 36. 37. Nec dissensus parentum, (qui alioquin de I. Civ. (secus de I. Nat. Dn. Franz. Ex. 2. quest. \* 3. Dn. D. Struv. Ex. 29. th. 23) matrimonium vitiat, facitque illegitimos liberos. pr. I. de nupt. jun. §. 11. eod. l. 2. de R. N. l. 12. C. de nupt. Dn. Franz. d. Exerc. quest. 3. 4. In tantum, ut nec per ratihabitionem legitimetur. d. pr. I. h. l. 68. de I. dot. l. 13. §. 6. ad L. Jul. de adult. Dn. Franz. d. Ex. quest. 5.) hodie matrimonium reddit illegitimum. Mag. Dn. Pres. Decis. 8. n. 55. & seq. Dn. Carpz. d. c. 20. d. 15. & Ipr. Consist. lib. 2. d. 60. possunt. c. 1. c. 3. 5. 6. de condit. app. Oportet



16.  
tet autem conditionem esse possibilem; quæ sive potestativa,  
sive casualis, sive mixta, expectanda, eaque deficiente sponsalia  
nulla; sin; valebunt. cap. 5. de cond. app. Dn. Carpz. Ipr. Consist. lib.  
2. def. 20. & 22. Dn. D. Struv. Ex. 29. th. 5.

Impossibilem conditionem communiter pro non adjecta  
habent. Dd. quos Magnif. Dn. Præs. Reg. 4. n. 28. allegat. propter  
c. ult. x. de cond. appof. Contra tamen rationem hoc dispositum cen-  
set. Dn. Struv. Ex. 29. th. 7. adeoque per impossibilem, sive na-  
turâ, sive Jure, vitiari sponsalia statuit d. Ex. thes. 6. & seq. cui  
ad stipulari videtur Magnif. Dn. Præs. d. l. ubi. n. 29. subjicit: pru-  
dentis judicis arbitrio relinquendum, ex circumstantiis æsti-  
mantis; an animus contrahendi adfuerit, necne:

#### THES. IV.

**N**uptiis ex parte mulieris accedit Dos. non quidem tanquam Dos:  
essentiale matrimonii. Nov. 74. cap. 4. ut proinde etiam à legiti-  
matione per subsequens matrimonium tum dos, tum instrumenta do-  
talia abesse queant. Dn. D. Struv. Ex. 3. th. 50. licet aliquando (E non  
semper: uti si filia locuples. arg. l. 5. §. 7. de agn. & al. lib.) pater co-  
gatur dotare filiam l. 19. d. R. N. l. ult. C. de dot. prom. etiam emanci-  
patam. arg. l. ult. C. de dot. prom. l. 6. d. collat. l. 5. §. 12. d. 7. dot. l. 5. §. 1.  
d. agn. & al. lib. Cujus promissio definitè scil. nam indefinita  
promissio ab extraneo, aut muliere facta nulla est. l. 1. C. d. dot. prom.  
sive per stipulationem, sive non: semper enim stipulatio inesse cre-  
ditur l. un. §. 1. C. de R. V. A. ut & datio. l. 23. sol. matr. continet con-  
ditionem: si nuptiæ fuerint secutæ. His igitur non secutis  
datur contra petentem exceptio. l. 21. d. I. dot. vel ea jam nu-  
meratâ conditio, aut Rei vindicatio l. 17. §. 2. sol. mat. Secutis ve-  
rò exigí potest actione ex stipulatu, cui annexa est tacita hy-  
potheca. d. l. un. §. 1. C. de R. V. A. In eaque per dationem. §. 44. d.  
R. D. l. 20. C. d. pact. l. 1. pro dot. impetratâ maritus consequitur do-  
minium. l. 18. §. 1. sol. matrim. l. 1. de I. dot. §. 44. d. R. D. l. 23. C. d. I.  
dot. licet alia ratione mulier domina manere dicatur. l. 30. C. d. I.  
dot. l. 75. cod. l. 7. de pact. dot.

#### THES. V.

**E**X parte viri donatio propter nuptias, (olim incognita, sed Donatio  
obtinebant donationes inter Sponsum & Sponsam mutue. l. pen. d. propter  
don. nuptias.



*don. int. vir. & ux. l. 6 C. de don. ant. nupt. hac conditione: si nuptiæ secuta non essent, res restituerentur. l. 1. §. 1. de donat. Postea à Constant. introducta & ante nuptias dicta. §. 3. l. de donat. l. 15. C. d. don. ant. nupt.) etiam continet tacitam conditionem resolutivam nuptiarum secutararum, arg. l. 4. C. de don. ant. nupt. Ut his proinde nõ secutis, promissio, Constituitur enim absque traditione, aut cessione, secus ac Dos, paulò suprâ) resolvatur, §. 3. l. de donat. & d. l. 15. C. de don. ant. nupt. Secutis verò dominium quoddam uxor consequitur in re donatâ, per Auth. permissa. C. d. donat. ant. nupt. Nov. 61. c. 1. Quam tamen nec alienare. l. 9. C. d. t. nec fructus ex ea percipere potest, non obst. l. ult. vers. si igitur & vers. sin. a. C. de don. ant. nupt. Bachov. ad §. 3. l. de donat. Hill. ad Donel. lib. 14 cap. 9. c.*

*P. Et a do  
talia.*

Circa utramque speciem variæ sæpè conditiones adjici solent in pactis dotalibus, quæ si simplicia fuerint, per duos testes probari possunt, nec ab iis pars altera potest recedere; sin mixta, in quibus scil. de futura successione agitur, quæque (nec l. Civ. simpliciter prohibita v. l. 30. C. de pact. Dn. D. Struv. Ex. 6. th. 44. Dn. D. Strauch, Dissert. 12 th. 9) generali Germania consuetudine recepta. Trentl. vol. 2 d. 7 th. 7 a. quinque testes requirunt, arg. l. ult. C. d. Codic. l. fin. C. d. D. M. C. & recedi ab iis potest l. 5. C. de pact. conv. supr. dot. VVesens. ad Tit. de pact. dot. n. 4. Trentl. d. th. 7 v. Dn. Carpz. p. 2. Con. 43. per totum. Quarum præcipuæ: ut prædefunctâ uxore maritus dotem l. 2. l. 12. l. 24. de pact. dot. & viceversâ prædefuncto eo uxor donationem propter nuptias lucretur d. l. 9. & Auth. seq. C. de pact. conv. supr. dot. Nov. 97. c. 1. Adeò ut pactum filia patri, etiam dotem profectitiam repetere volenti noceat, si adjectâ filia personâ agat. l. 7. de pact. dot. Trentl. d. th. 7. ibique Bachov. C. Dn. D. Struv. Ex 39. thes. 17.

#### THES. VI.

*Arroga-  
tio.*

II. **P**atria potestas constituitur arrogatione. Quæ, utpote a-ctus legitimus. l. 4. de adopt. l. 1. C. eod. l. 12. 3. de Offic. Proc. non recipit conditionem l. 77. de R. I. Arrogatio tamen impuberis, quæ olim non procedebat. Gell. 5 c. 19 Vlp. Tit. 8. de adopt. §. 5. sed ex Constitut. D. Pii permissa. l. ult. si quis in fr. patr. involvit conditionem, Ut 1. si infra pupertatem arrogatus moriatur, bona ejus restituantur heredibus legitimis, ut & substitutis pupillariter. §. 3. l. de adopt.



adopt. adeoque substitutio pupillaris per arrogationem non evanescit, \*  
ut putat Ant. Fab. tradente Bachov. ad tit. l. de adopt. num 4.

2. Si rursus eum emancipasset ut bona sua ei reddat, si juste, sin inique, etiam quartam omnium bonorum relinquat. §. 3. l. d. \*  
adopt. l. 22 pr §. 1. eod. l. 2. C. eod. Utriusque nomine arrogator datus fidejussoribus. l. nec ei. 17, §. ult. cum LL. seq h t junct l. i. qui satisd. cavere debet, non obst. l. 15 C. de pact. l. 2 §. 2. fin. de V. P. S. \*  
Tabellario publico. §. 3. l. de adopt. non obstat. l. 38. §. 17. de V. O. §. \*  
4. & §. 18. l. de inut. stipul.

Ita constituta patria potestas solvitur preter alios modos, et- Capit die  
iam Capit diminutione, minima quoque. §. 3. l. d. capit. dim. multo minutio,  
magis itaque maxima. Cujus species etiam est captivitas §. 5.  
quib. mod pat. pot. solv. l. 24. de capt. & postlim. Nihilominus ta-  
men capto, vel patre, vel filio Jus patrie potestatis in suspen-  
so est, ut si revertatur captus ab hostibus, per fictionem post-  
liminii omnia Jura, & sic patria potestas reviviscat. d §. 5. perin- \*  
de ac si nunquam abfuisset. l. 12 §. 1. l. 14. 16. de capt. & postlim l.  
10. C. de postl. sin moriatur ibi, per fictionem L. Cornel. statim a  
momento captivitate decedisse credatur. d. §. 5. & l. 18. de capt.  
& postlim. Vtroque itaque casu tempus existentis conditionis  
retrotrahitur ad tempus captivitate. d. §. 6. & l. 6. §. ult. de tut.

THES. VII,

Post patriam potestatem sequitur Tutela. Vbi simile conditi-  
oni videtur esse in legitima tutela matris, quae ante Justinia. Tutela les  
num sola inter foeminas certis conditionibus. l. 1 & seq. C. quando mul. gitima  
off. tut. a Justiniano vero etiam avia, quae tamen, ut & mater avo pa-  
terno, vel materno non praefertur. arg. Nov. 118 cap. 5. vocatur sub \*  
hac tamen conditione resolutiva, si ad secundas nuptias transi- \*  
erit, quibus, ut & SCio. Vellej. renunciare tenetur. Nov. 94. cap. 2.  
Auth. matri & avie C. de Carpz. p. 2. c. 11. d. 14.

Ita etiam tutor a magistratu, olim non quolibet, sed cui hoc \* Tutela  
Jus erat a L. concessum l. 6. §. 2. de tut. l. 1. §. 1. ub. ex Orat D. Marci dativa  
de tut & curat. dat. pr. l. de Att. tut. ut ut secus erat in suspecti remo- \*  
tione, arg. l. 1. §. 3. 4. de suspect tut. expresse sub conditione non  
potest dari. l. 6. §. 1. de tut. l. 77. d. R. l. fit tamen interdum, ut ad  
condi-





conditionem datus videatur, eo casu, ubi in testamento sub conditione datur. *juxt. §. 1. I. de At. tut.*

*Postlimini  
iur.*

Idem est, si sub conditione postliminii, quis tutelam, que, ut & reliqua, que Iuris. §. 5. verb. omnia pristina iura I. quib. m. l. p. pot. sol. interim in suspenso sunt. l. pen. fin. d. suis & leg. Exemplo in l. 1. §. 1. d. Sc. Mac. l. bona. 22. §. 1. de capt. & postlim. l. 12. §. 1. eod. l. 9. §. 2. de lib. & post. non item que facti: exemplo possessionis. l. 19. ex quib. caus. major. que interrumpitur. d. l. 19. & l. ait 23. §. 1. eod. Hinc est, quod in l. 23. §. 1. d. A. P. l. ab hostibus 18. C. de postl. l. ult. C. ex quib. c. mai. dispositum legitur. recipit. ubi datus interim à magistratu desinit tutor esse. §. 2. de At. tut.

THES. VIII.

\* *Post Jus personarum sequitur Jus rerum; Idque tum in re, tum ad rem. Circà illud disting. constitutio ipsa ab eius promissione, arg. l. 3. pr. d. O. A. l. 20. C. de pact. Hac demum recipit conditionem. Dn. D. Struv. Ex. 13. th. 35. 36.*

*Stipulatio*

Placet itaque in genere præmittere de stipulationis conditione; In reliquis contractibus (ubi regulariter idem obtinet, arg. l. 41. de O. A.) si quid peculiare occurret, suo loco monebo. Distinctè autem tractandum. Aliquando enim conditio stipulationem vitiat; aliquando eam aliàs nullam salvat; aliquando quoad singulares effectus qualificat. Vitiat stipulationem conditio impossibilis jure. §. 23. d. inutil. stipul. l. 7. §. 3. d. pact. sive negative ad. text. sive affirmative adjecta §. 10. l. de inutil. stipul. l. 31. de O. A. l. 7. d. V. O. quia contrahentes non videntur habere animum contrahendi, Magnific. Dn. Pres. Reg. 4. num. 11. Idem est, si natura impossibilis affirmative concepta adjiciatur. d. §. 10. junct. 137. §. 6. d. V. O. l. 15. d. cond. Inst. negativè autem concepta pro non adjecta habetur, sed obligatio pura est. l. 7. 8. fin. d. V. O. d. §. 10. d. inutil. stip. utpote conditione jam existente & presente, cujus contraria est impossibilis, & falsa. v. l. 124. de V. O. Magnific. Dn. Pres. Reg. 4. num. 11. Dn. Strauch. Diss. 10. th. 11. Vitiatur itidem stipulatio, si quis purè stipulanti sub conditione respondeat, & viceversà l. 1. §. 3. de V. O. nisi stipulator tali responsione contentum se attestetur. Dn. Strauch. Diss. 14. th. 10.

*Fidejussoria.*

Sicut etiam non valet stipulatio fidejussoria purè concepta,



cepta principali sub conditione obligato: E contrario autem \*  
valet, si fidejussor sub conditione obligatur, licet principalis  
pure. §. 5. I. de fidejuss.

Perinde ut valet correalis obligatio, altero pure, altero \*  
sub conditione se obligante. §. 2. I. de duob. reis stipul. Nulla alio-  
quin obligatio salvatur per conditionem adjectam. Cum res  
secund. quid extra commercium: quales vel per accidens, ut que  
adibus juncta sunt, & non possunt eximi. l. 41. seqq. de leg. 1. vel stipula-  
toris propria, tum statim. §. 2. de inut. stipul. tum futura, considerata ex  
eo casu, quo sunt ejus futura. §. 21. de inut. stip. in stipulationem de-  
ducuntur: ubi pure inita stipulatio non valet. dd. text. bene tamen sub  
conditione. l. 41. §. 2. d. leg. 1. l. 31. l. 98. d. V. O. Secus est in rebus,  
quæ non sunt in commercio stipulatoris, quarum ne conditi-  
onalis quidem obligatio valet. §. 2. d. inut. stipul. l. 34. de V. O. Per-  
inde ut inutilis est stipulatio, si quis vel liberum hominem, vel  
rem sacram, aut religiosam, sub conditione licet servituris, aut  
ejus status, quo prophanæ sunt res futuræ, promiserit. §. 2. vers.  
at nec statim. de inut. stipul. l. 83. §. 5. d. V. O.

\* Correalis.

THES. IX.

Qualificat stipulationem conditio valida, scil. possibilis, ita, ut,  
cum ex pura statim debeat, petique possit. l. 118. §. 1. de V. O. §. 2.  
I. eod. vid. tamen l. 21. de judic. l. 21. §. 1. de const. pec. l. 105. de solut. In \*  
conditionalis obligationis dies nec cesserit, nec venerit. l. 213. d.  
V. S. adeoque interim, dum conditio existat, inutiliter agatur,  
l. 43. §. 9. de Æd. Ed. l. 4. §. 2. de pact. petensque ante conditionis  
eventum duplicatum tempus, quod scil. intercedit inter tempus con-  
tractus, & existentis conditionis, expectare tenetur loco pena. l. 1. l. 2.  
C. de plus petit. Dn. D. Strauch. Diss. 24. th. 18. fin. Nihilominus tamen  
quidam excipiuntur casus, in quibus quoad quosdam juris ef-  
fectus conditionalis creditor ante conditionis eventum pro  
creditore habetur in l. 10. de V. S. l. 4. de reb. aut. judic. Non tamen  
mitti potest in contumacis rei possessionem ex primo decreto. l. 14. §. ult. \*  
l. 7. §. 14. quib. ex caus. in poss. l. 50. pr. d. pecul. Dn. D. Strauch Diss. 24. th. 8.  
Conditionis itaque eventus est expectandus etiam in negativè  
conceptâ, cujus obligatio, & actio suspenditur, donec verificetur. §. 4. I.  
de V. O. nec cautioni Mutianæ hic locus est, uti quidem in legatis.

B

l. 7.





*l. 7. pr. de cond. & dem.* Idque obtinet, siue ex parte stipulantis sic adjecta. *d. §. 4.* siue promittentis, in stipulationibus faciendi. *l. 115. §. 1. de V.O.* in stipulationibus dandi autem distinguitur ex *d. l. 115. §. 2.* Hinc fit, ut ex tali stipulatione heredi demum competat actio, cum ante mortem non possit certum esse, an conditio extiterit. *d. §. 4.* Ceterum in questione: an, & quatenus conditionalis obligatio transeat in heredem? distinctè respondendum.

Conditione potestativâ affirmativè (de negativâ modo dictum) ex parte stipulantis adjectâ, obligatio regulariter in heredem non transit. *arg. l. 44. pr. l. 69. de cond. & dem. l. 48. de V.O. nisi ab herede ea aequè possit impleri. l. 13. C. de contr. stipul. sin ex parte promittentis, tam diu pendet obligatio, donec existat.* Casualis verò ex parte etiam stipulantis adjecta facit, ut obligatio tam in heredem stipulantis, quàm promittentis transeat. *§. pen. I. de inut. stip. §. 4. d. V.O.* Retrotrahitur namque conditio, quandoquæ existat, ad tempus contractus. *l. 57. d. V.O.* Hinc fit ut obligatio per servum aut filiumf. domino, aut Patri sub conditione acquisita valeat, etsi conditio extet post emancipationem. *l. 78. de V.O.* Itemque ut existentia conditionis debitorem non constituat in morâ, sed interpellatione opus est. *arg. l. 24. quand. dies leg. sine qua mora regulariter non committitur. l. 23. d. V.O. Dn. D. Struv. Ex. 27. th. 67. secus ac in obligationibus ad diem contractis, ubi dies interpellat pro homine. l. 12. C. de contr. stipul. l. 9. pr. de usur. & fruct.* In mixta quid obtineat, ex terminis simplicis æstimandum. Nimirum ubi constat ob casum adjectum non extitisse, obtinet idem quod in merè casuali; sin ob culpam, obtinet quod in potestativâ. *Dn. D. Struv. in Praelect. ad tit. I. d. V.O.*

#### THES. X.

*Servitutes reales.* **H**is præmissis in specie occurrunt. 1. Servitutes reales; possuntque promitti: que promissio licet interdum tempore cum constitutione, in negativis scil. servitutibus coincidat, reipsa tamen ab ea differt. *Dn. Strauch. Diss. 7. th. 19. & sub conditione, & die. l. 4. de servit. l. 98. d. V.O.* ubi statim obligatio oritur, sed constituitur demum patientiâ, postquam conditio extitit. *l. 98. d. V. O. l. 23. §. ult. de S. V. P.* Vnde si quis statim vindicet servitutem, exceptione repellitur. *d. l. 4. de servit. Dn. D. Struv. Ex. 13. th. 35.*

Con-



Constitui verò sub conditione, vel ad conditionem nequeunt; si tamen pacto fuerit adjecta conditio, ex æquitate exceptio pacti, vel doli dabitur, si quis adversus fidem servitutem vindicet. d. l. 4. d. servit.

Sic etiam personales, ut usufructus, sub conditione promittuntur. l. 15. 16. quib. mod. usufr. am. l. 54. de usufr. l. 12. C. eod. sive pro parte divisa sive indivisa. l. 5. d. usufr. Secus atq; usus. l. 19. d. us. & habit. add. l. 7. §. 10. com. div. & servitutes reales, quæ non possunt dividi. l. 4. §. 3. si serv. vind. l. 17. de servit. l. 1. §. 9. ad L. Falc. l. 72. d. V. O.

THES. XI.

II. DONATIO. Tùm inter vivos: quæ tacitam conditionem resolutivam in se habere videtur, sc. 1. si donator liberos suscipiat: quo casu donatio ipso jure resolvitur; adeòque revocari potest, etiam à non patrono, arg. l. 8. C. de revoc. donat. add. l. 101. d. cond. & dem. l. 6. §. cum autem. C. d. Instit. & sub. l. 30. C. d. fideic. Imò ab ipsis etiam liberis, si pater non revocavit, arg. d. l. 8. His tamen ante revocationem defunctis reconvalescit donatio, arg. l. 12. d. inj. rup. irr. l. 3. §. 1. fin. C. de sec. nupt. sub. limitatione tamen, quam tradit Dn. D. Strauch. Diss. 8. th. 29. Sicut & pater huic beneficio renunciare potest. arg. l. ult. C. d. pact. 2. Si donatarius fuerit ingratus: cujus ingratitudinis notæ recensentur in l. ult. C. de revoc. donat. Præter quas alias quoque graviores, aut similes admittendas puto cum Dbus.

Tùm mortis causa: quæ itidem conditionem continet: si morbo isto, aut periculo, cujus intuitu donavit, sive ita, ut statim fiat accipientis, sed conditione deficiente restituatur. l. 1. pr. d. donat. l. 2. l. 35. §. 4. pr. d. M. C. D. quæ quidem donatio statim perfecta, sed sub conditione resolutive. Schneid. ad §. 1. l. de donat. n. 5. sive, ut tùm demum fiat accipientis, si mors inscuta. d. l. 2. & t. t. d. M. C. D. quæ sub conditione pendet. Schneid. d. l. num. 5. succubuerit; sin; ipso facto revocata donatio intelligitur. §. 1. l. d. l. 19. l. 29. l. 35. eod. Secus, si in genere mortis cogitatione quancocunq; evenientis donavit; quæ morientis potius donatio dicitur. l. 2. l. 35. §. 4. pr. d. M. C. D. magisque pura seu simplex donatio est, cum mors certa, licet hora mortis incerta. l. 1. §. 2. d. cond. & dem. Schneid. d. num. 5. Nisi hætenus velis conditionalem appellare, quod revocatur, si prius moritur donatarius, ad cujus heredem vivo donatore non transmittitur. §. 1. l. d. donat. l. 19. d. R. C. Schneid. d. l. num. 23. vel si pœnituerit donatorem. §. 1. h. nisi

B 2

adjecta



\* *adjecta sit clausula de non revocando. l. 27. h. t. ita enim alternatur donatio M. C. l. 13. junc. l. 27. h. t. Nov. 87. pr. Schneid. d. l. n. 4. & n. 22. Sive expressè. arg. l. 4. d. adim. leg. Sive tacitè rem alienando. l. 22. l. 23. d. don. inter vir. & uxor.*

THES. XII.

Emptio  
Venditio

**I**nter contractus potissimam meretur notationem. Emptio Venditioque varias recipit conditiones, quaedam tamen vitiant contractum. qualis est: si liber homo vendatur sub conditione: si servus erit. Venditio enim nulla est. l. 34. §. 2. d. cont. emp. vid. l. 1. l. pen. §. ult. l. ult. d. L. Fab. d. plagiar. Talis autem non est, si quis rem propriam emat sub conditione: valet enim venditio. l. 61. d. contr. empt. non obst. l. 26. d. stip. serv.

Tum expressè. Ut I. si intra certum tempus placuerit, ut tum demum empta res fit. §. 4. l. d. E. V.

Pactum de  
retroven-  
dendo.

**II.** Adjecto pacto de retrovendendo. qualis emptio est sub conditione resolutive, adeoque ante eventum conditionis pro pura habetur; existente ea, tempus ejus retrahitur ad tempus initi contractus. Magnific. Dn. Pres. ad l. 2. C. d. pact. int. Em. n. 143. 144. Tum ex parte emptoris. vel ita, si intra certum tempus. l. 6. d. resc. vend. aut quando-  
cunque etiam displicuisset, ut rem offerret, eamque recepto

\* pretio restitueret. l. 31. §. 22. verb. nisi placuerit. d. Aedil. Ed. Dn. D. Carpzov. lib. 5. resp. 27. vel ita, si emptor rem vendere rursus voluerit, ut primus venditor eam rursus emere teneatur. Didac. Covarruv. lib. 3. variar. resolut. cap. 9.

Tum venditoris: ut si emptori pretium, vel intra certum tempus, quo casu si intra illud tempus non redemerit, censetur juri isti renunciaisse. Bald. in l. 2. quest. 8. C. d. resc. vend. vel quandoc. obtulisset, res restitueretur. l. 2. ibique Magnif. Dn. Pres. n. 98. C. d. pact. int. Em.

\* Vend. Quod jus redimendi in heredes transit quoscunque etiam collaterales. Dn. D. Carpz. par. 2. Con. 1. def. 10. Gail. 2. Obs. 2. num. 4. & 5. Magnif. Dn. Pres. d. l. 2. n. 101. seq.

Et obtinet hoc pactum etiam in feudis. Quo casu feudi post mortem emptoris redempti pretium, non ad solos filios emptoris,

\* ris, sed etiam ad filias pertinet. Hartm. Pistor. lib. 3. q. 24. Magnif. Dn. Pres. ad d. l. 2. num. 160. seqq. add. n. 122. seqq. Sub limitatione tamen. Dn. D. Struv. Ex. Feud. c. 4. th. 15. n. 4.

Additio in  
diem

**III.** Additio in diem conditionem habet; vel resolutivam;



vam: quando E.V. purè quidem facta, sed ita, ut oblatâ melio-  
re conditione resolvatur. l. 2. fin. l. 3. d. add. in die. vel expressam;  
quando ita contrahitur, ut tum demum sit perfecta, si intra  
certum tempus melior conditio non offeratur. l. 4. pr. & s. pe-  
nult. h. t. l. 5. l. 15. eod. Quo tamen casu primo emptori licet sup-  
plere pretium, & conditionem facere meliorem. l. 6. §. fin. l. 7. l.  
8. h. t.

IV. Pactum commissorium conditionem resolutivam. pu-  
rè namque contracta est emptio, & dominium translatum. l. 2. fin. d. L. com. \*  
continet: ut emptore intra certum tempus pretium non solven-  
te venditio resolvatur. l. 2. h. t. l. 4. C. de pact. int. emp. vid. tamen. l. 6.  
pr. l. ult. h. t. tunc enim ipso f. dominium ad venditorem redit. l. 5. l. ult.  
d. L. com.

Pactum  
Com-  
missori-  
um

Tum tacitè. Quod fit in venditione rerum futurarum: ut  
ut fructuum fundi, fœtus animalium &c. Intelligitur enim con-  
ditio: si nascantur. Hinc nati à die contractus venditi in-  
telliguntur; si non nati, emptio retro nulla est, nisi per ven-  
ditorem steterit, tunc enim ex empto potest agi. l. 8. pr. de contr. empt.  
add. l. 15. d. pign. l. 35. & 37. d. V. O.

Huc referri posse videtur pactum, quo pretium in arbi-  
trium tertii alicujus confertur. Hoc enim determinante preti-  
um, valet venditio, etsi iniquum pretium sit determinatum. non ta-  
men excluditur officium judicis, & æquitatis judicium. §. 30. d. act. exem-  
plo societatis. l. 76. seqq. pro soc. non determinante, vel quod non ve-  
lit, vel non possit, venditio nulla est §. 1. d. E. V. l. ult. C. eod. Cæterum  
conditionis, uti in aliis contractibus, ita etiam hic effectus est, ut  
ante ejus eventum E. V. suspendatur. Adeoque cum in para alio-  
quin periculum rei statim emptione perfectâ ad emptorem transeat. §. 3. \*  
l. d. E. V. in hac d. distinguend. ut rei interitus quidem pendente con-  
ditione pertineat ad venditorem; deterioratio verò ejus defi-  
ciente conditione venditoris; existente emptoris sit. l. 8. pr.  
d. peric. & com. re. vend. l. pen. C. eod.

### THES. XIII.

Inter quasi contractus eminet solutio indebiti, quæ tacitam con-  
ditionem actus resolutivam continet; quod scil. solvens ve-  
lit revocatum, si apparuerit postea indebitum. l. 13. fin. commod.

Solutio in  
debiti



Conditio  
indebiti

quod etiam aliquando expressè additur. l. 2. d. cond. ind. Hinc  
oritur conditio indebiti. §. 1. I. quib. mod. re contr. Qua is, qui per  
errorem, regulariter facti. l. 10. C. d. I. & f. l. 9. C. ad L. Ialc. l. 59. d. cond.  
ind. l. 1. pr. ut in poss leg. solvit. aut saltem promisit. l. 31. h. t. indebitum  
modò etiam naturaliter tale sit. l. 13. h. t. l. 26. §. 12. eod. l. 1. C. eod. Nam civili-  
ter saltem indebitum regulariter repeti nequit. d. l. 26. §. 12. l. 32. §. 2. h.  
\* t. qualis casus etiam est in difficili l. 38. h. t. illud, modò rem ipsam. l. 7. h.  
t. l. 15. pr. eod. modo pretium. l. 65. §. 6. h. t. l. 26. §. 12. eod. repetit, utus  
\* repetitioni renunciaverit, l. ult. §. idem quæsit. 3. h. t. ab eo, qui erro-  
re, secus si sciens. l. 1. §. 1. h. t. v. l. 18. d. cond. furt. l. 38. §. 1. de solut. l. 21. §.  
1. l. 43. de furt. accepit. excipe casus §. 1. I. quib. mod. re cont. l. 5. §. 3. d. O.  
A. ejusque heredibus. l. 26. §. 11. h. t.

Contra-  
ctus li-  
terarum

Similis ferè ratio est ejus, qui nondum solutâ pecuniâ chi-  
rographo se obligavit. t. t. I. d. lit. oblig. quam peculiarem contractus  
speciem esse statuo cum Dn. D. Struv. Ex. 16. th. 40. Non enim obli-  
gatum se velle creditur, nisi pecunia revera fuerit soluta: quo  
non factò, vel chirographum repetere d. t. I. d. lit. oblig. vb. queri.  
l. 7. 8. 14 §. fin. C. d. non num pec. vel si conveniatur, opponere potest ex-  
ceptionem non numeratæ pecuniæ: quæ intra biennium onus  
probandi in actorem rejicit. l. 3. C. d. ex. non. N. P. post biennium  
\* etiam admittitur, si reus negativam probare velit, arg. l. 5. §. ult.  
\* d. dol. & met. ex.

Exceptio  
non N. P.

THES. XIV.

Reliqua in contractibus hanc materiam spectantia commo-  
diori loco tractabo: de quibus ex dictis simile potest ferri  
judicium. Sic in transactionibus locum habere conditionem  
patet ex l. 9. C. d. transact. Vid. Magnif. Dn. Pres. ad d. l. n. 4. & 10.

Item in novatione. ubi mora pendente conditione com-  
missa eveniente licet postea conditione, si tamen res non extat,  
non purgatur. l. 31. de Nov.

In acceptilatione admitti conditionem negatur. l. 4. d. accept.  
vid. tamen l. 77. d. R. I. Id prætereà monebo. Feudum quoque  
conditionalem promissionem recipere. Et siquidem pro-  
mittitur feudum jam ab alio possessum, oritur expectativa:  
quæ non aliter potest promitti, quam sub conditione, eamque  
sive in genere, & de feudo inter plura, quæ dominus habet, incerto; sive de  
certo,

tati-



Certo, adeoque in casum specialem certi Vasalli, concepta sit, valere, nec \*  
juri Civili. l. fin. C. d. pact. aut Canonico c. 2. d. concess. prab. & c. 2. 3. eod.  
in 6. contrariari censeo cum Dn. D. Struv. Syntag. feud. c. 7. th. 5. n. 3. seq. Si  
feudum ad dominum revertatur. 2. F. 35. 1. F. 9. 2. F. 26. §. 2. pure  
tamen facta promissio aliquando juxta mentem contrahentium va-  
let, ut conditionalis. arg. 2. F. 26. §. 2. & 1. F. 27. §. si quis investierit. Dn.  
D. Struv. d. c. 7. th. 5.

Certo autem casu in conditione vacantiae expresso, ille \*  
precise & in forma specifica est expectandus, nec alius, aut si-  
milis eum supplet. arg. 1. F. 3. 2. F. 26. §. 2. Hartman Pistor. lib. 2. quaest. 25.  
num. 37. Dn. D. Carpz. p. 2. con. 45. d. 3. nisi contraria mens conce-  
dentis appareat. arg. §. 3. I. de foc. Dn. D. Struv. d. c. 7. th. 5. num. 7. seqq.  
Dn. D. Carpz. d. def. 3. Singulare etiam hic est in expectativa per  
legatum relicta, quae secus atque alias legatum. d. l. Civ. l. 4. l. 21. qn.  
dies. leg. mortuo ante eventum conditionis legatario in heredes  
ejus transmittitur. 1. F. 9. verb. investito, vel heredi ejus. Dn. D. Struv. d.  
c. 7. th. 8. n. 2.

#### THES. XV.

**A**ctus ultimae voluntatis sunt 1. Institutio heredis: quae & ipsa  
conditionem admittit. §. 9. I. de her. instit. adeo, ut etiam pupillus *Institutio*  
sub conditione institutus ei parere teneatur l. 26. d. cond. Instit. Non ta- *heredis*  
men impossibilem. §. 10. d. her. Instit. Haec enim si natura talis, po-  
testate juris detrahitur. d. §. 10. fin. jure, remittitur. l. 9. d. cond. inst.  
l. 14. l. 15. eod. Magnific. Dn. Praef. Reg. 4. num. 12. ubi limitat, quod scil.  
si impossibilitas, aut magis perplexitas quaedam in ipsa dispositione princi-  
pali sit, institutio vitietur. l. 16. ibique Gothofr. in nov. P. de cond. Instit. l. 4.  
§. 1. d. statul. Schneid. ad §. 10. I. de her. Instit.

Possibilis vero conditio extraneo heredi recte adscribi  
potest, quaque institutionem, usque dum impleatur, suspendit.  
d. §. 9. I. de her. Instit. l. 22. l. 68. eod. Suus vero heres, & quidem I. V.  
tantum filius, non nisi sub potestativa est instituendus; aut si  
casualis, in contrarium casum exheredandus. l. 4. 5. 6. 86. de hered.  
instit. alioquin testamentum est nullum. l. 4. C. d. instit. & subst. l.  
86. d. her. Instit. Jure noviori idem obtinet in filias, quia & hac praeterita  
testamentum est nullum. l. 4. fin. C. de lib. prat. §. 5. d. exh. lib. Idem obti-  
net in nepore, l. si. C. d. lib. prat. Jure novissimo. Nov. 115. c. 3. 4. omnes,  
qui



qui necessario instituendi, aut exheredandi, non, nisi sub pote-  
 \* stativa, etiam quoad ea, que ultra legitimam sunt relicta. per gene-  
 ralitatem l. 4. pr. & § fin. l. 86. d. H. l. l. 15. l. 28. l. 4. 5. d. cond. instit. l.  
 83. de cond. & dem. l. 4. C. d. Instit. & subst. dissentientibus licet com-  
 munitur Dbus per l. 32. & l. 36. §. 1. C. de inoff. test. Nam quoad  
 legitimam & ipsa rejicitur, nisi impleri facilis. Dn. D. Struv. Ex.  
 33. th. 47. Nec sub mixta quidem conditione positi pro institutis ha-  
 bentur liberi. Dn. D. Strauch. Diff. 9. th. 22. Institui possunt, vel in  
 contrarium sunt exheredandi. Dn. D. Struv. Ex. 33. th. 46.

THES. XVI.

Substitutio **C**onditionem etiam continet substitutio. Tam vulgaris :  
 Vulgaris si heres non erit: i. e. in suo, si se non immiscuerit, quem  
 \* propterea voluntarium heredem facit; salvo tamen Jure suitatis. l. 12.  
 d. cond. inst. l. 86 §. 1. de hered. instit. In extraneo sui J. si non ad-  
 ierit, vel quod nolit, vel quod non possit: uterque enim casus intelli-  
 \* tur, etsi alteruter sit expressus. arg. l. 3. C. d. instit. & subst. alieni ju-  
 ris; si nec ipse adierit, nec ei, in cujus potestate, v. g. domini, cui  
 si testator servum esse putans, erraverit, semis acquiritur, altero se-  
 \* misse substituto cedente. §. 4. J. d. V. S. non obst. l. 40. d. her. Instit. l. 3.  
 C. eod. est, acquisiverit hereditatem. d. §. ult. J. d. V. S. Proinde  
 \* repudiata hereditate ab instituto (etiam à filio, non intuitu pa-  
 tris instituto, ubi excluso patre, arg. l. 3. fin. C. d. V. S. non obstante Dd.  
 contraria sententiâ.) vel eo adire non valente, tum propter incapa-  
 citatem (excipe si indignus) tum alias causas, vid. l. 3. §. fin. d. lib. &  
 posth. l. 3. C. de her. Inst. l. fin. C. d. Instit. & substit. Substitutus admit-  
 titur: in reciproca quidem coheredum substitutione regulari-  
 ter ad partes in Institutione expressas. §. 2. I. d. V. S. l. 24. eod. ubi  
 \* etiam limitatio. In casu. §. 3. I. d. V. S. indistinctè ad utriusque  
 partem. l. 27 & l. 41. pr. d. P. S. non obstat l. 42. eod.

Sicut vice versa substitutio expirat, si 1. suus se immiscu-  
 erit. Nuda enim existentia non statim removet substitutum, licet  
 \* jure suitatis facultatem adeundi in heredes suos transmittat. l. un.  
 §. 13. C. d. cad. toll. vel 2. extraneus adeat. l. 5. C. d. imp. & al. subst. aut  
 \* Jus deliberandi. jux. l. 19. C. d. l. del. in heredes transmittat.  
 arg. l. un. §. 5. fin. & §. 13. C. d. cad. toll. Contra aditionem tamen  
 in



in integrum restitutus minor substituto ad huc locum facit. arg. \*  
l. 44. de re iud. l. 7. §. 9. d. minor. l. 6. §. 2. d. bon. liber.

THES. XVII.

**T**Am pupillaris. Cum pater, non mater, aut ascendentes paterni.  
arg. pr. l. d. P. S. iunc. §. 10. l. d. adopt. add. §. 9. qu. mo. ius. pat. pot. sol. \*  
substituit filio impuberi, non puberi. §. 9. l. d. t. l. 34. eod. adeo, ut quoad  
hunc ne quidem in vim fideicommissi valeat. Dn. D. Strauch. Diss. 9. thes. 17.  
per §. pen. & ult. l. h. t. l. 7. d. V. P. S. & proximè in potestate existen-  
ti testatoris, (etiam tempore substitutionis. arg. pr. l. & l. 41. §. 2. h. t. l. 49. \*  
§. 1. d. her. Inst. l. 2. pr. h. t. Non E. extraneo. §. fin. l. h. t. nec f. fideicommissi  
si valet. l. 7. h. t. v. tamen Magnif. Dn. Pres. Decis. 47. Bene verò exheredato. \*  
§. 4. l. d. P. S. non obst. l. 1. §. pen. de suis & leg. l. 1. §. 5. d. conj. cum em. lib. \*  
substituit ita: si intra annos pubertatis decesserit. pr. l. h. t. Quæ \*  
expressa tacitè etiam continet vulgarem. l. 4. pr. & §. 2. d. V. P. S.  
& vice versa tacitè ab ista expressa continetur. l. 4. h. t. l. 4. C. d.  
imp. & al. subst. nisi contraria sit voluntas testatoris, ut in l. 4.  
C. h. t. l. 39. §. 11. eod. l. fin. C. de instit. & substit. Existente ita-  
que conditione, admittitur substitutus. l. 10. §. 5. h. t. exclusis om-  
nibus legitimis heredibus, etiam matre, siue expressa sit substitutio. arg. l. \*  
8. §. 5. d. inoff. test. c. 1. de testam. in 6. siue tacita. arg. l. 4. h. t. l. 45. eod. l. \*  
fin. C. d. instit. & substit. l. 4. l. 2. C. h. t. Impubere quidem non  
existente, ad solam patris hereditatem. pr. l. h. t. existente verò,  
sed abstinate. l. 12. h. t. l. 41. 42. d. A. H. l. 28. d. bon. aut. jud. l. 44. d. re \*  
iud. aut immiscente se, sed infra pubertatè moriente, & ad patris  
(nisi substitutus casu, quo filius abstinuit, omiffa paterna hereditate soli filio \*  
succedere velit. l. 12. h. t. l. 42. d. A. H. non obst. l. 28. d. reb. aut. judic.) & filii  
hereditatem. l. 10. §. 2. & §. 5. h. t. E contrario, deficiente con-  
ditione (qualis etiam aliquando ipsi substituto adscribitur, ut in l. 8. d.  
V. P. S.) quando scil. impubes heres factus ad pubertatem per-  
venerit. l. 7. l. 14. h. t. Quod etiam obtinere puto, si duobus institutis here-  
ribus pupillariter substitutum, & unus saltem ad pubertatem pervenerit,  
tunc enim quoad alterum etiam. l. pen. C. h. t. conf. l. 42. eod. substituo-  
tus excluditur; licet in longius tempus concepta substitutio-  
ne. l. 14. h. §. pen. l. eod. vid. tamen, Dn. D. Carpzov. p. 3. c. 8. d. 19. Magnific. \*  
Dn. Pres. Decis. 47. n. 2.

C

THES.



THES XVIII.

Exempla  
r16.

**T**Am exemplaris. Quando aliquis ascendentium l. 9. C. h. t. liberis suis mente captis. §. 1. I. d. P. S. furiosis & prodigis. arg. l. 7. qui test. fac. junc. l. 12. §. ult. d. tut. dat. ab his: aliove vitio, ob quod \*testari nequeunt laborantibus; etiam surdis & mutis, eo casu, ubi testari non possunt. jux. l. 10. C. qui test. fac. propter identitatem rationis. l. 6. §. fin. l. 7. de test. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 11. th. 10. a. c. Dn. D. Struv. Ex. 32. th. 36. Substituit eum in casum: si in tali conditione decesserint. l. 43. h. t. l. 9. C. eod. Quæ etiam aliquando tacite sub vulgari, aut pupillari. arg. l. 4. h. & l. 4. C. eod. ut & sub alia exemplaris specie comprehenditur. Dn. D. Struv. Ex. 33. th. 33.

THES. XIX.

Legata.

**L**egata quoque, ut & fideicommissa conditionem admittunt. In quibus verò idem fermè obtinet quod in Institutione. Nam quod legata attinet: Impossibilis conditio negative adjecta puram facit dispositionem. l. 50. de her. instit. affirmative autem pro non adjecta habetur. l. 14. d. cond. Instit. Magnif. Dn. Pras. Reg. 4. num. 12. Si \*quidem natura talis, detrahitur. §. 10. I. de her. Inst. l. 4. d. cond. & \*dem. Lege talis seu turpis (qualis non est: si Titio non nupserit. l. 1. 2. \*C. de Inst. & subst. l. 54. l. 71. §. 1. h. Benè verò hæc: si amplectetur religionem pontificiam; aut converso casu Pontificius Lutheranam. Dn. D. \*Struv. Ex. 33. th. 50.) remittitur. l. 25. l. 26. eod.

Possibilis verò cujuscunque generis rectè adjectur. l. 1. l. 2. quando dies leg. Adeoque casualis expectanda est. l. 2. d. cond. & dem. Et cum aliàs legati pure relictæ dies statim à morte (antè enim mortem testatoris defuncto legatario, exspirat. l. un. §. 3. C. de cad. toll.) testatoris cedat. d. l. un. §. 1. adeoque etiam non agnitum ad heredes transmittatur. d. l. un. §. 5. exceptis legatis, quæ ad heredem non sunt transmissibilia: ut ususfr. (qui & ipse sub conditione legari potest: & imò uni pure, alteri sub conditione. l. 6. §. 1. de usufr. accr. & hoc peculiare habet, ut cum aliàs illicito pronunciato matrimonio dos, & alia fisco cederent. l. 61. d. R. N. l. 13. de his quib. ut ind. in usufr. secus esset l. 9. de usufr. leg. Itemque, cum olim legatum, si vivo testatore legatarius moriebatur, in causa caduci esset. l. un. §. 2. C. de cad. toll. in usufr. itidem secus esset. l. 27. d. usufr. leg. Jusus, & habitatio, l. 2. 3. 5. §. 1. l. 9, 16. §. 1. quand. dies leg. cod. libertas. l. 1. §. 6. C. d. cad. toll. It. in l. 26. d. cond. & dem. quorum dies demum ab adita heredi-



hereditate cedit. dd. text. **Conditionale legatum ante eventum conditionis non debetur, nec mortuo legatario ad heredes transmittitur. l. 4. §. quand. dies leg. l. 18. d. R. I. l. un. C. d. cad. toll. Potestativa verò affirmativè adjecta, in forma specifica. l. 55. l. 94. d. \* cond. & dem. est implenda. l. 40. l. 27. h. r. quod si tamen per eum, cui adjecta est, non stet, quo minus impleatur, pro impleta habetur. l. 24. d. cond. & dem. Negative si concepta, legatarius ante conditionis eventum admittitur ad legatum sub cautione Mutiana. l. 7. d. cond. & dem. Quà datis fidejussoribus. l. 67. de cond. \* & dem. l. 2. 4. 7. C. ut in poss. leg. excepto casu in Nov. 22. c. 44. ubi pignora admittuntur. cavet, cui sub conditione non faciendi quid relictum. l. 7. pr. §. 1. l. 18. de cond. & dem. se contra conditionem non facturum, alioquin rem cum usuris, & fructibus restitutum. l. 67. 79. §. 2. d. cond. & dem. Mixta porrò conditio expectanda. l. 20. d. V. O. Existente verò conditione rem legatarius capit absque onere, pendente conditione imposito. Hinc si heres pendente conditione servitutem imposuerit rei, ea existente servitus extinguitur. l. 11. §. 1. quem serv. amit.**

THES. XX.

**T**Acitam quoque conditionem in quibusdam legatis depre- <sup>Legatum</sup> hendere licet. <sup>optionis.</sup> Qualem habebat olim legatum optionis, quod nisi ipse legatarius optasset, ad heredem non transmittebatur §. 23. l. d. leg. Hodie verò purum est; d. §. 27. adeoque perinde ut in legato electionis heres etiam legatarii optare potest. l. 19. de opt. leg. l. 12. §. 7. quand. dies leg. secus verò est si duæ res alternativè legatae sunt, altera quidem pure, altera verò sub conditione, & legatarius pendente conditione moritur. l. 25. pr. quan. dies leg. Talem etiam habet lega- <sup>Rel futurae</sup> tum rei futurae: ut fructuum certi fundi, fetus animalium. §. 7. l. d. leg. l. 24. pr. d. leg. l. 17. d. leg. 3. Quod quidem quoad transmissionem pro puro habetur, ut scilicet si vivo legatario nihil fuerit natum, ejus heredes fructus quandocunque natos petere possint. l. cum illud 25. §. 1. quand. dies leg. junc. l. 6. §. 1. eod. l. 99. de cond. & dem. Sed quoad dispositionem, obligationem, & actionem est conditionale. l. 73. d. V. O. Hinc si nihil natum, nihil quoque debetur, & si minus natum, non ultra debetur. l. si quis. §. 2. d. leg. 2. l. 5. d. tr. vin. vel ol. nisi designationis saltem causa adjectus sit fundus. l. 12. d. cib. vel al. leg. l.



\* 27. § 2. de leg. 3. l. 26 qu. dies leg. Ita etiam legata annua (quibus tamen interdum expressa conditio adjicitur. ut in l. 10 pr. l. 13. pr. & §. 1. l. 20. pr. d. ann. leg. 1. (quæ quotannis præstantur. l. 6. l. 19 pr. de ann. leg. continent conditionem: ita, ut primo quidem anno debeantur purè; reliquis verò annis sub conditione: si legatarius initio anni cujusque vivat. l. 4. de ann. leg. Hinc plura sunt legata. d. l. 4. l. 11. de ann. leg. ceduntque singulis annis. l. 8. d. t. l. 11. de usufr. leg. Plerumque enim sunt temporaria, quam diu scil. legatarius vivat. d. l. 4. l. 5. 8. d. t. Interdum tamen etiam perpetua; ut in casibus l. 22. C. d. leg. l. 46. §. 9. l. ult. C. de Episc. & Cl. l. 6. l. 21. §. 3. l. 23. l. 24. h. t.

Jus accre-  
scendi

Sic legatum pluribus conjunctim relictum. (Unde jus accrescendi oritur. quod in omni conjunctione locum habere censeo. l. 1. l. 3. d. usufr. accr. l. 3. pr. eod. l. 80. d. leg. 3. add. l. 16. §. 2 d. leg. 1. l. un. §. 10. d. cad. toll. & latius dixi in Dissert. mea d. I. accresc. Th. 14. & 15) Conditionem involvit: ut sc. in eventum vel singuli partes, vel totum habeant. §. 4. d. leg. l. 89. de leg. 3. Eventus enim duplici casu contingere potest: aut ita, ut omnes conjuncti actu concurrant; & expirat Jus accrescendi. §. 7. l. d. leg. nec reviviscit, si pars agnita rursus amittatur. arg. l. 5. C. d. imp. & al. subst. junc. l. 61. §. 1. d. leg. 2. excepto usufructu. (Cui adjecto onere servitutis, proprietatem non intelligi simul legatam statuo cum. Dn. D. Struv. Ex. 12. thes. 10. contra Dd. communiter per l. 19. d. usufr. Ex qua etiam minas rectè colligunt: proprietatem legatam, si usufructus legetur, eo adjecto, ne rem alienet Dn. D. Struv. de Ex. 12. th. 11) legato, ubi pars semel agnita, & postea amissa accrescit. l. 1. §. 3. de usufr. accr. Exceptio est in l. 57. §. 1. d. usufr. Aut ita, ut alter conjunctorum deficiat: Quod vel sit incapax. l. 34. §. 9. & §. 11. de leg. 1. l. un. §. 3. C. de cad. toll. junc. l. 3. & 4. de his, que pro non sc. vel adjecta conditio (potest enim res eadem pluribus relinqui, vel ita, ut uni purè, alteri sub conditione legetur: quo casu deficiente conditione, alteri pars sine conditione accrescit. l. 26. §. 1. & l. 30. d. cond. & dem. vel ita, ut utrique conditio adjiciatur: ubi, si alter conditionem implevit, pars altera cum sua conditione huic accrescit. l. 54. §. 1. d. t.) defecerit. d. l. un. §. 7. non obst. l. ult. §. 2. d. leg. 2. vel etiam, tum ante testatorem. d. l. un. §. 2. tum post eum, nondum scil. agnita sua portione moriatur. d. §. 2. nisi in heredem suum transmittat juxt. l. 5. pr. & §. seqq. qu. dies leg. ced. & pars ejus accrescit conjuncto. §. 8. d. leg. l. 40. d. leg. 2. suam



76.  
suum portionem jam agnoscenti. l. 33. §. 1. d. usufr. junct. l. 1. C. de allav.  
(excepto usufructu, qui persona portionem suam jam amittenti accrescit. l. 1.  
10. de usufr. accr. d. l. 33. §. 1. de usufr.) Quod si tamen moriatur, antequam  
pars deficiat, Jus accrescendi transmittit in successorem universalem. l. 9.  
d. suis & legit. non etiam particularem, ut emptorem legati; utpote qui \*  
non sit legatarius, sicut nec emptor hereditatis heres. l. 88 de her. Instit. l.  
43. §. ult. d. V. P. S. C. I. A. Tit. de leg. th. 43. invito quoque. l. 4. C. d. re-  
pud. hered. junct. l. 4. l. 6. l. 40. l. 58. & 59. de leg. 2. Etiam aliter, quam \*  
re conjuncto. arg. d. d. text. add. l. 80. de leg. 3. non obst. l. un §. 11. C. de cad.  
toll. Pluribus autem concurrentibus ex eodem genere conjunctio-  
nis, singulis pro portionibus legati. l. 41. d. leg. 2. non obst. l. un §. 11. \*  
& §. 8. C. d. Cad. toll. sin ex diverso genere cum deficiente juncti concurrant,  
preferuntur omnibus re & verbis conjuncti; his deficientibus veniant verbis  
conjuncti; & tandem re tantum conjuncti. l. 89. de leg. 3.

THES. XXI.

**F**ideicommissa, olim non erant obligatoria, postea vero ex Juris ne- Eideicom-  
cessitate valere coeperunt §. 1. l. de fideic. hered. Possuntque probari missa.  
duobus testibus; in questione scil. an relicta fuerint? ad consecutionem vero \*  
quinque requiruntur. l. 22. C. d. fideic. junct. l. ult. C. d. testam. l. ult. C. d. M. C. D.  
§. ult. d. Codic. Magnif. Dn. Praef. Dec. 62 num. 16. 17. Imò nullis quoque  
adhibitis testibus, nullaque existente scripturâ, quâ probari possent, si ta-  
men heres praesens. (de qua praesentia si dubitatur, super ea heres jurare  
tenetur Magnif. Dn. Praef. d. Dec. num. 22) rogatus fuerit, isque neget, ad  
petitionem fidei commissarii juramento (quod referri a bono nequit, qui \*  
tamen juramentum calumniae jurabit Magnif. Dn. Praef. d. Dec. num. 30.  
seq. & num. 25) negationem suam probare tenetur. l. ult. C. d. fideicommiss.  
Magnif. Dn. Praef. d. Decis. num. 18. & n. 22i seq. Cum institutione, &  
legatis ferè conveniunt; singularia tamen quaedam notabo.  
Ut 1. fideicommissum purè relictum, etiam universale, nam par-  
ticularia perinde ut legata, & alia, quae titulo particulari purè relinquin-  
tur, etiam non agnita ad heredes transmittuntur. per l. un. §. in novissi-  
ma C. d. cad. toll. Magnif. Dn. Praef. Decis. 27. n. 27. 30. 31. 32. ad heredes  
fideicommissarii, ante restitutionem defuncti transmittitur.  
l. 44. pr. ad S. Ct. Treb. l. 16. §. 9. eod. l. 3. C. de fideic. Gaill. 2. observat. 131.  
quod secus est in hereditate nondum adita. l. un. §. 5. C. d. cad. toll. l. 7. C. d.



I. del. Sed si conditionale fuit, non transmittitur fideicommissario pendente conditione defuncto. l. un. §. 7. C. d. cad. toll. Gail. 2 Obs. 143. n. 6. & obs. 132. ubi verò num. 7. Limitationem subjicit: nisi voluntas testatoris contraria appareat.

II. Fiduciarius heres aliàs non tantum inventarium conficere, veleo deficiente, juratam designationem edere. Magnif. Dn. Pras. Dec. 58. n. 4. Sed & cautionem fideicommissario præstare tenetur. Auth. contra cum rogatus C. ad Sct. Treb. Dn. Carpz. p. 3. c. 8. d. 38. Magnific. Dn. Pras. Dec. 61. n. 12. Quæ tamen omnia secus se habent, fideicommissio sub conditione relicto, d. Decis. num. 15.

III. Fideicommissio sub conditione relicto, nulli fructus, pendente conditione ex hereditate percepti restituuntur. l. 18. ad Sct. Treb. l. 83. d. leg. 3. Gail. 2. Obs. 133. num. 1. nisi heres, extraneus scil. liberi enim non imputant. l. 6. C. ad Sct. Trebel. Dn. D. Strauch. Diff. 10. thes. 21. Gail. 2. obs. 33. n. 5. Qui etiam in conditionali fideicommissio Trebellianicam simul, & legitimam deducere possunt. Gail. 2. Observ. 121 n. 1, seqq. quod in puro secus est. sed legitima in Trebellianicam imputatur. l. 6 C. ad Sct. Treb. junct. l. 91. ad l. Falc. l. 30. C. d. inoff. test. Dn. D. Struv. Ex 36. th. 30. Dn. D. Strauch. Diff. 10. th. 21. Gail. d. Obs. ubi rationem diversitatis tradit. Trebellianicam velit deducere: quo casu fructus in eam imputantur. l. 18. §. 1. ad Sct. Treb. Dn. D. Strauch. d. th. 21. perinde uti legato sub conditione relicto in Falcidiam l. 22. §. 2. ad Sct. Trebel. Gail. d. Obs. 33. n. 3.

Trebellianica.

Præterea tacitas quasdam condiciones fideicommissum involvit. Sic si quis rogetur, filio suo restituere hereditatem; tacite sub intelligitur conditio: si sui juris fiat, ut capere possit. l. 19. ad Sct. Treb. It. si quis filium suum, vel nepotem roget, ut post mortem restituat hereditatem, tacite involvitur conditio: si sine liberis moriatur. l. 102. de cond. & dem. l. 30. C. d. fideic. Dn. D. Struv. Ex. 36. th. 24.

#### THES. XXII.

Tutela Testamentaria.

PRæter legata, & fideicommissa in testamentis etiam disponi solet de Tutela. Potest itaque tutor sub conditione dari §. 3. J. qui test. tut. da. imò etiam ad conditionem, qua existente tutor esse desinit §. 2. quib. m. tut. fin. Servus etiam alienus



6.  
enus sub conditione libertatis rectè tutor datur, qui fideicommissariam libertatem consequitur, & conditio aliquando presumitur l. 10. §. ult. d. test. tut. Servus autem proprius sub conditione hac non rectè datur §. 1. qui test. tut. Sed absque libertatis adjectione capit directam libertatem d. §. 1. l. 3. §. 2. d. test. tut. l. \*  
pen. C. d. nec. serv. her. inst. non obst. l. 10. §. ult. d. test. tut. Tacitam quoque conditionem habere videtur datio tutoris furiosi, qui tunc erit, si compos mentis factus. §. 2. qui test. tut. l. 50. §. 3. de test. tut. Interim verò datur alius (secus si legitimus est furiosus. §. 5. de curat.) à Magistratu. arg. §. 1. d. Att. tut. junct. l. 213. d. V. S. Idem est si minor. 25. annis, sive testamentarius, sive legitimus qui \*  
tutor tunc erit, si major factus, dato interim alio §. 2. qui test. tut. l. 8. de leg. tut. l. ult. C. eod. Dicerem etiam de usu conditionis in actibus judicialibus; ut libello; litis contestatione; causæ conclusionem; leutationem; Item in Decretis, & Rescriptis; inque pœnarum executione; &c, nisi temporis penuria filum constringeret. Sufficiat ita hac vice hæc attigisse. Quæ dicta  
B L. ex æquo interpretare, hallucinantem placide subleva: & rectiora monentem sequar promissimè.

SIT GLORIA DEO.







## ADIECTANEA. Ex Jure Saxonico.

**L**ibellus alternativè, & conditionaliter concipi potest. *Gail. lib. 1. Observ. 62. Dn. D. Carpz. part. 1. Constit. 11. def. 7.* Et cum de jure Civili liceat mutare libellum, lite nondum contestatâ. *l. non potest. 23 d. judic. De Jure Saxon. post guarandæ præstationem, lite etiam nondum contestata, mutare eum non licet. Constit. Elector. 11. part. 1. ibique Dn. D. Carpzov. def. 1.* In tantum, ut ne libellum conditionaliter conceptum, purè postea concipere quis valeat. *Dn. D. Carpzov. d. Constitur. def. 7.*

Licet tamen mutare libellum post litem sub conditione guarandæ adhuc præstandæ contestatam. *Dn. D. Carpzov. d. Constit. def. 3.*

Cujus eventualis litis contestationis etiam hic est effectus, ut, cum de Jure Saxon. omnes exceptiones dilatoriæ in primo statim termino (secus est de Jure Civili, quo usque ad litem contestatam iis uti possumus. *l. exceptionem. 19. C. de prob. Math. Wesenbec. in. parat. ff. de except.*) annexa litis contestatione eventuali opponi debeant. *Constitution. Elector. 3. part. 1. ibique Dn. D. Carpzov. Defin. 1.* Super litis contestatione tamen non possit judicari, neque reus ulterius in causa procedere cogatur, antequam lis de exceptionibus fuerit decisa, actorque judicato exceptionum satisfecerit. *Ord. Novell. Judic. Tit. 11. Dn. D. Carpz. part. 1. Const. 3. Def. 3.*

FINIS.



Jena, Diss., 1662

A-Stg

ULB Halle

3

004 814 398



f


VD 17











1662, 9

9  
19

O IURIDICA,  
E  
**CON.**  
IN-PRINCI-  
BUS IVRIS  
ERIIS,

1796  
clutæ Facultatis

imâ hâc Salanâ,  
ESIDE  
BILISSIMO. AMPLISSIMO,  
AC. EXCELLENTISS.

**STOPHORO**  
ter/ ICTO. COM.  
SAX. DECRET. P.P. FAC.  
RIAE PROV. & SCABINAT.  
NINENTISSIMO.

ono suo pie devenerando.  
lationi submittit  
Octobr.

**DERICH GE.**  
BOHEM,  
TOR

uhöfferianis.  
DC LXII.

